Innocentius eps servus servor dei. Dilecto filio.. Officiali Ilerden. Salt et aplicam ben. Humilibus supplicum

votis ex quibus precipue personarum femineo sexu sub habitu regulari altissimo famulantium incolumitati consulitur libenter annuimus eaque favoribus prosequimur oportune.

Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilecte in xpo filie Simasine de Aull Priorisse Monasterii de Xixena per Priorissam soliti gubernari Hospitalis sancti Johannis

Jerusalimitan. Ilerden. dioc. petitio continebat qd dilecte in xpo filie Moniales dicti Monasterii ex antiqua consuetudine in quodam refectorio simul comedere / et postmodum certas horas

meridianas nuncupatas in quodam dormitorio dicere tenentur sed tempore maxime hiemali propter Monasterii predicti humiditatem et frigiditatem multe ex dictis Monialibus infirmantur

et nonnulle ex eis aliquando ab hac luce migrarunt. Quare pro parte dicte Abbatisse nobis fuit humiliter supplicatum ut super hoc oportune providere de benignitate aplica dignaremur.

Nos itaque de premissis certam notitiam non habentes huiusmodi supplicationibus inclinati discretioni tue per aplica scripta mandamus quatinus de premissis auctoritate nra te diligenter informes et

si per informationem huiusmodi ita esse repereris Monialibus predictis dicti Monasterii nunc et pro tempore existentibus qd Anno quolibet a festo Sancti Michaelis Mensis Septembris usque ad

diem Carnisprivii in aliquo alio loco honesto eiusdem Monasterii eis magis accomoda comedere et ibidem dictas horas meridianas recitare libere et licite perpetuo valeant auctoritate

nra concedas. Non obstantibus Constitutionibus et ordinationibus aplicis ac statutis stabilimentis usibus consuetudinibus et naturis Hospitalis et Monasterii predictorum iuramento confir

matione aplica vel quavis firmitate alia roboratis ceterisque contrariis quibuscumque. Dat Rome apud Sanctumpetrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quadringentesimo oc tuagesimo

Quinto Kl July Pontificatus nri Anno Nono

N. de la Fiera

31/7
1480-6-28

12

Dispensa para no comer
mas de 6 meses en Refitorio
y rezar las 6S. Oras Canonicas

B3

t

Sixena:
y Roma:

Año-1485-

31/7

Sobre el Refectorio

Dispensacion pontificia expedida porla Santidad del Papa Sixto enfavor dela Ill.e S.a Priora ydemas señoras Religiosas deeste R.l Monasterio, porla que aparece, yconsta q.e su Beatitud dispensó aestas dhas señoras elque tansolamente pudiesen y puedan comer, por espacio de seis meses enel Refectorio: yasi mismo elque rezasen las horas Canonicas, que asi fue la voluntad desu Beatitud, asuplica deeste R.l Monasterio: Laqual dispensacion está sellada, firmada, y Refrendada; Dada en S.n Pedro de Roma enelaño de1485= en las Calendas de Julio yaño nono desu pontificado/.